deos immortales: quos acunabulis uestris uenerati
estis: & coluistis: & nutriti estis. Beati martyres
processus & martinianus respondentes una uoce
dixerunt. Nos xpiani facti sumus. Dixit autem
iterum ad eos paulinus uir clarissimus. Audite
me commilitones mei. & facite quae dico. & estote
amici mei. & fruimini militia uestra. & estote
praeclari principum. sacrificateq: diis omnipo
tentibus & uiuite. Respondentes ambo simul tã
quam ex uno ore. & dixerunt ei. sufficiat nos de
clarere tibi quia xpiani uenecessumus. & serui dĩ
& dñi nostri ihu xpi. quem beatissimi apostoli eius
petrus cum paulo praedicauerunt. paulinus igi
tur uir clarissimus magister officii dixit. Iam di
xi uobis & audistis. & nunc iterum dico uobis. Audi
te consilium meum & uiuite. Illi autem tacuer͠t.
Iterum autem atq: iterum. Interrogauit eos paulinus
uir clarissimus. & tunc iussit ut cum lapide os eius
contunderetur. Cumque diu ceederentur. clama
bant ambo pariter dicentes. Gloria in excelsis dõ.
paulinus uir clarissimus magister officii dixit mili
tibus suis. proferte modo tripodam. ut turificent
maiestatibus. Beati igitur martyres processus &
martinianus hoc audientes. dixerunt. Nos nosmet
ipsos semel obtulimus dõ omnipotenti. & adlata
tripoda dixit eis. facite quae dico. & detulerit
iouem aureum. hoc autem cum uiderent. risum
facientes. expuerunt in iouem. & in tripodam co
ram paulino magistro officii. Iterum autẽ isdẽ
paulinus uir clarissimus praecepit eos in aculeo
suspendi. & adtinchinerius & cedi fustibus. Illi
autem uultu alacri gaudentes dicebant. Gratias
tibi agimus dñe ihu xpe. paulinus magister offi
cii furore accensus. iussit ut flammas ponerent
circa latera eorum. Illi autem uociferabant
dicentes. Benedictum nomen dñi nri ihu xpi. quẽ
beatissimi apostoli eius petrus & paulus prae
dicauerunt. erat autem ibi quedam matrona
nobilissima femina nomine lucina quę stabat
ante eos. quae etiam confortabat eos. & dicebat eis.
milites xpi constantes estote. & nolite metuere
poenas quae ad tempus sunt. paulinus magister
officii dixit ad eos. quae ista amentia uestra
in uobis est. Illi autem corroborati diridebant
tormenta. Tunc iussit militibus scorpionib. eos
adpensis in aculeo castigari. sub uoce praeconia
dicentes. Praecepta principum contempnere
nolite. Eadem autem hora paulinus magister
officii amisit oculum sinistrum. Tunc poeni
tentia ductus. prae dolore coepit clamare & dice
re. O carmina artis magicę. & praecepit eos
deponi de aculeo. & diu maceratos eos. retrudi
in custodia mamurtini. matrona quidãm uene
rabilis femina lucina incessanter ministrabat
scis martyribus in custodia. post triduum autẽ
subito paulinus arreptus a demonio expirauit.
Tunc filius eius pompinus coepit uociferando
clamare. ad palatium pergens. moderatores
& gubernatores rei publicę urbis. subuenite ut ex
tinguantur artes magicę induti. hoc audiens
praefectus urbis cesarius. intimauit neroni au
gusto rem gestam. Nero autem imperator.
praecepit dicens. Non tardentur. sed celerius
extinguantur. pompinius uero filius paulini
magistri officii. coepit fortiter urguere prae
fectum urbis cesarium. Tunc praefectus data
in eos sententia. & iussu eius eiciuntur de custo
dia. & ducti foras muros urbis romae. in uia
quae aurelia nuncupatur. ibi gladio capite sunt
amputati. Beatissima autem lucina cum hoc
uideret sequebatur eos cum familia sua. usq:
dum peruenirent iuxta formam aquęductus.
ubi etiam & decollati sunt. & corpora eorum
relicta sunt truncata a canibus deuoranda.
Tunc scissima femina lucina collegit corpora
eorum & condiuit cum aromatib. pretiosis.
& sepeliuit in praedio suo in arenario iuxta
locum ubi decollati sunt. sub die sexto nonas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0219